



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quarta. Vtrum actus fidei possit remanere in patria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Lib. III. Distinctio. XXXI.

datur fides ex operibus vbi cunq; de hoc sit mentio. Et in hoc sensu, & non quia non posse esse sine operibus tam exterioribus q; interioribus. Quod autem dicitur de auto-  
ritatibus sanctorum. Dicendum q; omnes sunt intelligendae  
de euacuatione fidei non quantum ad habitum, sed quantum  
ad actum, qualiter autem intelligatur fidei euacuatione quam  
tum ad actum. vitrum secundum substantiam actus an soli se-  
cundum enigmata eius patebit in sequenti questione.

#### QVÆSTIO. QVARTA.

Vtrum fides quantum ad actum possit  
remanere in patria.

Tba. vbi sapr.

**S**ecundum queritur vitrum fides quantum ad actum pos-  
sit remanere in patria. Et videtur quod non, quia im-  
possibile est quod idem obiectum formale sit simul eui-  
dens & non euidens, sed si actus fidei possit simul itare cõ  
acto visionis idem obiectum esset simul euidens & non eui-  
dens, ergo &c. Major patet propter oppositionem euiden-  
ti & ineuidensi. Minor patet quia assentire rei visi in se  
est assentire euidens ut de se patet. Assentire vero per fidem  
est assentire ineuidens, quia assentire per medium ineui-  
dens est assentire ineuidens. Sed assentire propter autorita-  
tem distincione quale est assentire fidei est assentire per me-  
dium ineuidens, quia per propositionem non per se notam,  
ergo assentire per fidem est assentire ineuidens & sic allen-  
tire rei visi in se, & assentire per fidem est assentire euidens  
& assentire ineuidens.

Item impossibile est aliquem sic esse dispositum quod  
sit simul determinatus & indeterminatus infallibiliter  
ad veritatem, sed sic est si cum fidei statet viro, vel scientia  
quatum ad actum, igitur &c. Probatio minima, quia per  
medium certum est aliquis determinatus infallibiliter ad  
veritatem, per medium vero incertum est indeterminatus,  
videre autem & scire est per medium certum, credere vero  
per medium incertum saltem ipsi credenti, quare &c.

Item impossibile est scientiam stare cum opinione  
quatum ad actum, ergo impossibile est stare fidei cum  
visione vel scientia quatum ad actum. Consequenter pa-  
tet, quia similis est oppositio euidens & ineuidens si-  
c ut formidantis & non formidantis. Et ideo sicut opinari  
& scire non possunt simul stare, quia nullus potest simul  
formidare & non formidare, sic videre & scire non possunt  
similis stare cum eo, quod est credere propter oppositionem  
non euidens & non euidens. Antecedens patet de se,  
quia opinans formidat, sciens vero non.

Item si fides remaneret quatum ad habitum & actum.  
Et solum euacuaretur quantum ad enigma, sequeretur  
quod non plus euacuaretur fides quam charitas, quia cha-  
ritas euacuatur quantum ad modum imperfectum dile-  
ctionis viæ. Consequens est similius ut patet per Aposto-  
lum. I Cor. 13, ergo &c.

IN contrarium arguitur, quia quorum rationes pre-  
cisæ & formales sunt cōpositibiles ipsa sunt cōpositibilita-  
tis formales rationes & præcisæ actus credendi & videndi  
sunt cōpositibiles, ergo &c. maior patet, minor  
probatur, quia videtur est assentire praesertim in se. Scire  
vero est assentire aliqui propter causam, vel propter nota-  
tiam cause, credere autem est assentire aliqui propter auto-  
ritatem dicentis. Et in his constitutæ præcisæ & formalis ra-  
tionis eorum. Constat autem q; aliqui potest assentire & ali-  
cui conclusioni. Et quia videtur eam in se pura videt lunam  
eclipsari, & quia scit causam, pura quod est tali motu in-  
terponitur terra inter solem & lunam. Et quia audiuimus  
perito Astrologum cui credere conseruent, quae &c.

RESPONSO. videnda sunt duo. Primum est  
an ponere quod actus fidei possit manere cum actu visio-  
nis in patria sit erroneum, secundum est vitrum sit verum  
an falsum ut sit similis processus in hac questione. & in  
precedente.

QVANTVM ad primum videnda sunt duo. Pri-  
mum est an ponere possibilitatem sit contra scripturam,  
secundum erit an ponere hoc de facto sit contra eam.  
Quantum ad primum dico breuiter quod ponere possi-  
bilitatem actus fidei cum actu visionis in nullo, est cōtra  
scripturam, quia in nullo loco sacra scriptura negatur

#### QVÆSTIO. TERTIA.

269

possibilitas vel impossibilitas dictorum actuum, licet in  
aliquibus locis quantum est de superficie texus videatur  
negari similitas eorum de facto, & qui dicunt oportunitum  
scilicet quod per scripturam negetur compositibilitas ad-  
ducant autoritatem ad hoc sicut adducunt autoritates  
commemoratoris & Philosophorum quæ communius & cre-  
bris allegantur, quia nondum adducta est talis autoritas  
ne, ne puto quod posit adduci.

QVANTVM ad secundum, scilicet an ponere de  
facto quod sicut similes sit cōtra scripturam. Ad hoc dico  
quod non, quia sicut in precedenti questione dictum fuit,  
sicut scriptura dicit euacuari fidei ista & scientiam & doc-  
num linguarum, nec in his ponit differentiam aliquam, nec  
quo ad actum, nec quo ad habitum. Et eandem rationem  
assignant, scilicet quod cum venerit quod perfectum est  
euacuabitur quod ex parte est, & iterum videmus nanc per  
speculum & in emagine, tunc autem facie ad faciem. Sed  
secundum omnes doctores, scientia non euacuabitur quo  
ad actum, sed sicutum quo ad modum imperfectionis, doc-  
num etiam linguarum nec si euacuabitur etiam quo  
ad actum nec quo ad modum, si tamen laus vocalis sit in  
patria, quia probabile est si Deus laudatur ibi vocaliter  
quod beatus habens donum linguarum quandoq; lauda-  
bit eum in una lingua, quandoq; in alia, ut sic nihil vacet  
in eo & à laude diuina, euacuabitur tamen quo ad necesse-  
ritatem sicut globo exponit, quia non erit necesse loqui lin-  
guis vbi quilibet in Deo cognoscet quicquid ad ipsum  
pertinet. Et hoc modo quantum est in textu scripture actus  
fidei euacuatur in patria, aut quia imperfectione actus tollit  
ur, & actus ipse, sicut dictum est de actu scientiae, aut quia  
non est necessarius, sicut nec actus linguarum, viro enim  
bene excludit necessitatem fidei & actus eius. Sed quantu-  
m est ex dicto scripture, non excludit, nec possibili-  
tatem, nec actualiter similitatem.

Et si dicatur quod immo, quia imperfectio necessario  
euacuatur adueniente perfectione, imperfectio autem actus  
est de essentiâ fidei, & ideo uno euacuato euacuatur alterum,  
non sic autem est de actu scientiae, de cuius essentia  
non est imperfectio, quamvis sit ei adiuncta pro statu viæ.  
Dicendum est quod hoc non valet, quia ista differentia  
inter actum fidei & actum scientiae in nullo habetur in  
scriptura, quæ de pari omnino loquitur de veteroque, sicut  
pater ex serie textus illius cap. i. Cor. 13, & ideo dicere con-  
trarium non est contrascripturam, vitrum autem sit con-  
tra veritatem rei patet in processu, patet ergo primum  
principiale, scilicet quod in nullo est contra scripturam dñe  
cere quod actus fidei & visionis possunt simul stare, vel  
actus stent.

QVANTVM ad secundum, scilicet an ponere  
quod sicut similes sit cōtra scripturam, deinceps  
quod si queratur de facto sic non videtur quod sicut similes  
sunt vel sicut duo actus distincti, vel unus, non duo, quia  
beati clarè vident in patria illud quod credunt viatores,  
propter quod sicut modo credimus scripturam à Deo esse  
impiratur, si beati vident Deum inspirare sanctis Prophetis &  
Apostolis dicta scripture, & hæc etiam est per se nota be-  
atis, ergo dicta scripture sunt vera, ita quod hæc conclu-  
sio est facta à beatis, & cognitio eius est actus scientiae &  
non fidei, quæ innititur autoritati, de qua non est euidens  
quod sit à Deo dicta, & sic actus fidei, ut distinctus secun-  
dum se ab omni alio non est in beatis. Iten nec vt con-  
curreris in unum cum alio, quia duo habitus non concurs-  
unt ad unum actum, nisi per concursum mediorum pro-  
priorum illis habitibus, sicut dictum fuit lib. i. quest. i. Sed  
medium proprium fidei insuffe non potest concurrere cum  
medio causante visionem beatam, ergo &c. Minor proba-  
tur dupliciter. Primum, quia medium proprium fidei insuf-  
fe est autoritas scripture, de qua non est euidens quod  
sit à Deo dicta. Si enim esset euidens ipsam esse dictam  
à Deo magis esset medium scientiae quam fidei. Beatis  
autem non est ineuidens, immo est euidens scripture

Sup. d. 21. qd.  
9. Junii.

In prola.

LL 5 esse

**Magistri Durandi de**  
esse à deo dicta, vel inspirata, ut dictum est prius, ergo me-  
dium propriū fidei habitus deficit in patria. Secundum, quia  
dato q̄ est ibi tale mediū, tamen nō concurret cū mes-  
dio causante beatam visionē, quia visio beata cū sit actus  
præcīse supernaturalis cōsurgit totaliter & præcīse ex cau-  
sa supernaturali. Et idem totaliter & præcīse est ab essentia  
diuina effectiū & obiectiū, nullo alio concurrente.

11 Si autem queratur de possibiliitate simulatū. Dicen-  
dum est quod si beati non viderent, nec sciret scripturam  
à Deo esse inspiratam, ita q̄ maneret in mediū propriū  
habitū fidei, sic credere & videri si ponerentur: esse duo  
actus secundum rem sic posset esse simul. Quod pare, q̄  
quia actus visionis & scientiae acquisitæ & actus fidei non  
habent oppositionem nisi secundum magis euidens & mi-  
nus euidens, actus enim visionis est simpliciter & summe  
euidens, actus vero scientiae mediocriter euidens, actus  
vero fidei est secundum insimum gradū euidens, & tamen  
aliquo modo euidens. Cū enim sit actus intellectus po-  
sitivus est quadam visio quamvis obscura, qui concordat  
dictum Apostoli. I. ad Cor. i. vbi dicit videmus nunc per  
speculum & in enigma, tunc facie ad faciem. Ecce quod  
vtrumq; actum dicte esse visionem, sed vñā dicte esse clara-  
ram, quia fa. ad fa. Aliam verò dicte obscurā, quia per spe-  
culum & in enigma. Tunc arguitur sic, actus fidei &  
scientiae videntur opponi actuū visionis secundum magis  
euidens, & minus euidens, licet in hac apparenti opposi-  
tione maior videatur esse oppositio actus fidei ad visionē  
quam actus scientiae. Sed actus scientiae star in patria cum  
actu visionis secundum doctores, ergo similiter actus fidei  
poterit stare in patria cum visione, quius enim sit minus  
euidens q̄ actus scientiae, tamen ex quo actus scientiae, est  
compositibilis cum visione actus fidei potest esse compo-  
sibilis cum eadē, visio enim vel vtrig; opponitur vel neu-  
tri. Si vtrig; cum neutrō potest stare, quia omni opposi-  
tione magna vel parua impedit simulatū. Si neutri qua  
ratione potest stare cum vno potest etiā stare cum altero.  
Puto autem quod neutri eorum opponitur, quia opposi-  
tio formalis solum est speciem quae sunt sub codēm ge-  
nere proximi, sicut albedo, & ceteri colores sunt sub cor-  
iore, sicut sub genere proximo. Vnde opponuntur & sunt  
incompossibiles in eodem subiecto, sed colores &  
sapores quia non sunt in eodem genere proximo non op-  
ponuntur adiunictem nec sunt in eodem subiecto incom-  
possibiles, visio autem beata non videtur esse eiusdem ge-  
neris proximi cum quocunq; alio actu intelligendi, quem  
habemus in via sive in actu scientiae vel fidei, quia visio  
beata est actus supernaturalis non solum quanti ad cau-  
sam suam, sicut fuit visus datum caco nato. Sed est actus su-  
pernaturalis per essentiam, unde nullus actus intelligendi  
quem possumus habere ex puris naturalibus, sive sit scire  
sive opinari, sive etiam credere, ad quem, ut prius probatum  
fuit non requiri fides infinita, potest esse eius  
dem generis proximi cum visione beata: Vnde nulla op-  
positione habent ad illam secundū se, nec secundū con-  
ditiones suas intrinsecas quæcumq; sunt illæ. Et ideo pos-  
sunt simul stare, & sic patet quod actus scientiae & fidei  
possunt simul stare cum visione beata dato quod fuit di-  
uersi actus, si autem intelligeretur quod vñus esset actus  
beatus conformatum ex praesentia essentiae diuinae & ex au-  
toritate scripture que est fundamentū fidei, sic dicendum  
est quod non potest esse vñus actus beatus confurgens ex  
prædictis duobus, quia vt dictum fuit prius visio beata  
cum sit actus præcīse supernaturalis cōsurgit totaliter ex  
causa supernaturali & ideo totaliter & præcīse est ab effi-  
cia diuina effectiū & obiectiū: nullo alio cōcurrente &  
sic econtrario est de fide acquisita & scientiae & fide & vi-  
sione beata, quo in primis actus fidei & scientiae non pos-  
sunt stare simul si sunt diuersi actus, tamen autoritas fa-  
ciens credere, & medium demonstratiuum facies scire, pos-  
sunt concurrens ut unum actum assentiendi eidem con-  
clusione vt probatum fuit in principio primi libri, sed in  
proposito actus fidei potest concurrens cum visione beata  
si sunt diuersi actus stante suppositione prius facta, sed  
ad causandum visionem beatam nihil cōcurrat nisi essen-  
tia diuina effectiū & obiectiū.

1.2. prolo.

12 A D primum argumentum in oppositum cum diei  
tur quod impossibile est quod idem formale obiectum sit

**Sancto Porciano**

simil euidens & ineuidens. Dicendum est quod nō est ve-  
rum si hoc referatur ad diuersos actus, proximo genere  
differentes, quia sicut tales actus non sunt oppositi, sic nec  
conditiones eorum sunt opposita quælescumq; sunt illæ.  
Item actus fidei & visionis non se habet sicut euidens &  
ineuidens, sed sicut magis euidens & minus euidens cum  
quilibet sit quadam vino intellectualis, licet vna sit clari-  
or & alia obscurior, quæ claritas & obscuritas sunt alte-  
rius generis proximi, & ideo non opponuntur, nec sunt  
in diuersis actibus incompatibilis.

13 Ad secundum cum dicitur quod incompatibilis est  
aliquam esse sic dispositum q̄ sit simul determinatus & in  
determinatus ad infallibilem veritatem. Dicendum quod  
si intelligitur de dispositione quæ est per habitum falsum  
est, quia oftensum fuit in præc. quæst. quod habitus fidei  
& gloriae, opinionis & scientiae posuit similem esse, per vñ  
tamen intellectus est determinatus & non per alterum &  
iterum in eodem acto simul stant grauitas & virtus per  
quam mouetur ad Magneum, & tamen per grauitatem  
ferrum determinatur ad motū deorsum, per aliam autem  
virtutem non est determinatum ad motū deorsum, sed in  
differēter potest moueri ad quacumq; partem sicut Ma-  
gnes, igitur de dispositione quæ est secundum habitus,  
propositio non habet veritatem, si autem intelligitur de  
actibus sic impossibile est quod secundum eundem actum  
respectu eiusdem obiecti aliquis sit simul determinatus  
& indeterminatus, sed nihil prohibet quod hoc sit secun-  
dum plures actus proximi genera differentes, quia tales  
non habent oppositum, nec per consequens conditiones  
eorum sunt incompatibilis, & sic est de actu fidei & vi-  
sionis si autoritas scripturae nō est a beatis scita vel via-  
veruntanam de facto non star actus fidei cum visione pa-  
tria propter causam prius dictam.

14 Ad tertium dicendum quod actus scientiae & opinio-  
nis non possunt stare simul si sunt actus distincti, quia sunt  
sub eodem genere proximo & tales actus sunt incompati-  
biles, medium tamen demonstratiuum & probable pos-  
sunt concurrens ad causandum vnam actum vt dictum fuit  
in primo libro, sed actus fidei & visionis differunt genere  
proximo, & ideo non sunt incompatibilis ex illa causa  
ex qua scire & opinari sunt incompatibilis, sed ex hoc  
solum non stant simul, quia medium causans actum fidei  
non erit in patria vt dictum fuit, & si esset, non concurre-  
ret cum essentia diuina ad causandum visionem beatam  
qua est præcīse & totaliter a causa supernaturali. Ad qua-  
rum dicendum quod actus fidei evanescit totaliter in  
patria quantum ad essentiam actus & eiū imperfectoris  
men, quia totaliter deficit medium causans actum fidei,  
non sic autem erit de actu charitatis, nec de actu scientiae,  
& non propter hoc quod imperfectio sit de essentia actus  
fidei & non de essentia scientiae vel charitatis.

#### Q V A E S T I O Q U I N T A .

Vtrum imperfectio sit de essentia actus fidei.  
Castrone eius quod statim supra dictum est, querit  
tur vñrum imperfectio sit de essentia actus fidei. Et  
arguitur quod sic, quia enigma in cognitione videtur im-  
portare imperfectionem cognitionis, sed enigma est de  
ratione actus fidei secundum illud. I. ad Cor. i., videmus  
nunc per speculum & in enigma, ergo imperfectio est de  
ratione eius.

15 Item motus est actus imperfectus & imperfecti, sed  
credere comparatur motui ab Apostolo dicere per fidem  
ambulamus, ergo est essentia actus imperfectus.

16 IN contrarium arguitur, quia sicut enigma quod  
attribuitur fidei, sonat imperfectionem, si esse ex parte  
quod attribuitur scientiae ab Apostolo. I. ad Cor. i., sonat  
imperfectionem, sed imperfectio non est de ratione actus  
scientiae secundum doctores, ergo similiter non est de ra-  
tione actus fidei.

17 R E S P O N S I O . Nomen imperfectionis importat  
defectum perfectionis vel gradum minoris perfectio-  
nis, & magis propriè importat defectū perfectionis, quia  
sicut perfectum est cui nihil deest, sic imperfectum dicitur  
cui aliquid deest. Et sic imperfectio dicit formaliter defec-  
tum, vel priuationē perfectionis vel simpliciter, vel secun-  
dum aliquem gradū, sed siue sic siue alio modo accipiatur  
imperfectio, dicendum est q̄ si accipiatur pro defectū vel  
prius